



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

64 Qvemadmodvm Cavsa Prophanae Ob interposita iuramenta,  
ecclesiastico tribunali asserantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

sufficiunt, procuratores, domestici, famuli, famulæq; ac deniq;  
ipsorum etiam subditi, conantur, adnitantur q; idem iuris, quod  
coram habet superiores, sibi ipsis quoq; afferere, usurpareq;

### DE CAVSIS INVRIARVM, QVAE CORAM

ecclesiastico ventilantur iudicio.

63

Tandem, si quando ex facto evenit, ut ecclesiasticus con-  
tra laicum iniuriarum agere, illatas forte verbo iniurias, in-  
tendat, conatur ecclesiasticus iudex eas ipsis quoq; suæ iuris  
ditioni vendicare causas, quo denuo reus iudicio conuentus,  
ordinario iuri suæq; eripitur atq; eximitur iurisdictioni.

### QVEMADMODVM CAVSAE PROPHANAE OB

interposita iuramenta, ecclesiastico tribunalí afferantur.

Insuper & id præsumunt officiales, si quādo in causis pro-  
phanis, ac inter psonas ecclesiae minime sacratas, dicatasue,  
sed omnino laicas, data fide, seu præstito iuramento, verbo,  
vel in scriptis, pacta, obligationes, contractus, vel promissio-  
nes factæ sint, vel celebratæ: q; eam ob rem, atq; huius prete-  
xtus ratione, tales prophanæ, laicæq; causæ coram ipsis pos-  
tiū, q; ordinario iudice agitari debeant: quæ noua ecclesiasticorum  
techna vsu si increaseret, ac diutius toleraretur, iam  
actum foret de ciuili causarum auditorio, q; omnes prophanæ  
ciuilesq; causæ, contractuum atq; transactionum, hac via  
necessario ad ecclesiasticos pertraherentur. Quis enim con-  
tractus, quæ trāfactio, quæ deniq; inter pacientes cōuentio,  
quæ non sit solenni ita stipulatione, aut promissione vallata?  
Illac nimirum rerum veniremus, vt in totum ciuilia eludes-  
centur iudicia. Quod nedum contra æquitatem ipsam, con-  
tra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intolerabile  
foret. Nā vt demus hoc interim ecclesiasticis iudicib; de per-  
iurio commisso, notionem vt habeant: nihil magis per id  
causæ ipsius principalis, contractus puta, aut transactionis,  
quam ob rem ille peierauit, iudices competentes erunt, quin  
periuros illos ob religionis transgressionem manifestariam

tantum iudicio conuenire possent, ac Canonicam huic indi-  
cere mulctam, reseruata tamen ciuili magistratui, qui periu-  
ros pœnali iudicio secundum ciuiles sanctiones plectere ius  
habent, commissa sibi ob id poena.

QVONAM MODO REFORMATI ONES  
suorum iudiciorum nec obseruent, neq; manu, hoc est, execu-  
tione debita tueantur.

65 Præterea, nedium rationi consona iura cōmunia, sed & ec-  
clesiarum aliquot cathedralium, propriæ reformati ones, no-  
toriæ, in q̄ plurimis casibus negliguntur, irritaq; fiunt, dum  
contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæ  
contra hos tantum, quorum potestatem ipsi nō reuerentur.  
At si res potentiores, aut eos, quibus manu pares esse non  
possimus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quip-  
piam. Nam etsi maxime episcopi locorum ordinarij, aut eo-  
rum officiarij a vīm passis, aut his, quibus contra ius iniuriæ  
illatæ sunt, pro debita iustitiæ executione, ac talium grauami-  
num onerumue abrogatione interpellentur. Sæpenumero  
tamen euenit, vt quærela hæc, vel præpositum contingat,  
vel decanū, vel certe capitulum, ac ecclesiæ canonicos capi-  
tulares, hoc est eos, contra quos loci huius ordinarius episco-  
pus, vtcuncq; æquitati fauens, remorante eum hac via, in ele-  
ctione præstita, ac promissa fide, meritā trāsgressionis emen-  
dationem atq; mulctam presumere, eisq; infligere nō audeat.

66 Ad hæc episcoporum ac prælatorum nonnulli pro tempo-  
re ecclesiasticorū iudiciorum Synodusq; ad suum libitū spe-  
ciales quasdam & prætentas ferunt reformati ones, ordina-  
ti ones, leges atq; statuta, quæ ipsa multifariam a iure cōmu-  
ni dissident, ac seorsim toto ciuili magistratui & iurisdictioni,  
eorumq; subditis derogant, atq; pernitiem adferunt. Neq; vi-  
lam præ se ferentia æquitatem, q; ad ecclesiasticorum priua-  
ta compendia, inc; laicorum necem sint excogitata, atq; effi-  
cta. Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his parere minime  
tenentur.